

PRÆLOQUIUM.

Iraberis forsan, Lector persalutande! forsan & indignaberis, tam prolixum tamque superciliosum oculis Tuis usurpatus Catalogum, Viri juvenis, Libellos, eosque non adeo vulgares, numero viginti, eadem significatione promittentis. Me si audias, scriptionis consilium ex vero indicaturum, desinas pervelim capropter mihi & indignari, & hoc amplius institutum præsens admirari. Nosti, si mundum non ignoras cum ignarissimis, quid rerum agatur in orbe literato. Ut plurimum scribitur *Fama*, frequentius *Fami* quoque, rarius officio *Reique ipsi*. Nolim, putas, honoris me stimulum fodicasse, ut hancce schedam Tuo subjicerem obtutui. Citius me iste pugugisset monitor, si apud mentem meam valuisset; cum pleraque, quæ & nunc edo, & hic promitto, jam ante integrum biennium in meis latitaverint scriniis, & pridem in animo. Falleris etiam, si *famem* me ac paupertatem ad ejusmodi consignationem compulisse arbitraris. Quid a tantilla scriptiuncula expectari posse credas lucri splendidioris? Ea profecto est *Serenissimi Principis nostri* munificentia atque clementia, ut, qui in ipsius Stipendio semel ejus gratia fruiinceperit, per omnem vitam suam sibi prospectum noverit, vel hic, vel in demandato olim officio, nisi ejus favore indignum sese præstiterit. Sumo igitur mihi *rarius* illud, quod modo dixi: Scribo nimirum officio, scribo & *Rei ipsi*. At! vir juvenis officio scribat ac rei ipsi? Ita quidem est, & esse sapienteret! Erras, me quidem judice, si solis ætate grandioribus scribendi publice licentiam demum competere opinaris. Cur putas, tantam prostare Librorum nondum editorum nec edendorum, at promissorum tamen, copiam? Viros optime meritos, sua

nimis diu prementes, liberum saepe spiritum vix amplius du-
 cere posse videoas, officiorum gravitate devindos, & negotio-
 rum concatenatorum mole oppressos: tantum abest, ut pri-
 vatos suos schedarum literatarum forulos excutere, & cum cura
 atque meditatione debita, quæ conabantur, in egregium pu-
 blicum proferre queant. Scribant ergo etiam *juvenes*, sed
viri, & in aliquo studiorum genere diutius tractato exercitati:
 non parum utilitatis inde in *republicam eruditam* redundatu-
 rum esse confido. Ego quidem officio reique ipsi me hunc
 contexuisse catalogum haud abnuo. Est id *officium membra Ci-*
vitatis Literariae atque *Societatis eruditæ*, ut, si qua in parte alios
 videoas negligentiores, tu ipse locum istum pro virili expleas.
 Nec hoc alienum censeri debet a gnavo studiorum cultore, *aliis*
monstrare viam, quæ incedentes plurim commodis prodesse
 queant. Adjungere licet id quoque, iis me adhuc admotum
 fuisse *muneris partibus*, ut plurima hic memoratorum vel ex
 toto, vel ex parte jam *tractanti*, hujusmodi lucis splendor fue-
 rit illapsus, coram quo proprios claudere oculos *nefas* dux-
 rim, imo & *indignum facinus*, isto rei, per se utilis futuræ,
 indicio, æquos rerum arbitros non participare. Ast(ais) si quid
 istis inesset tuis causis, quas hic tua exhibet scheda, *plures profe-*
do jam eas justa tractatione occupassent & absolvissent *viri*, te
modis omnibus superiores. Fateor, horum egregia, quæ in hoc
 rerum genere ediderunt, *scripta viam* mihi complanasse in ple-
 risque, quos nec unquam (quicquid promissorum præstiturus
 sim) silentio præterire cupio. Forsan & ipsi illi majoribus curis
 incumbunt, ad inferiora hæc *scholarum incunabula* ægre regres-
 furi. Etiam hoc calcari *instinctor* aliorum esse velim, me longe
 doctiorum, & fama jam celeberrimorum, ut (si iis videatur com-
 modum & necessarium) pro sua, qua pollent, in republica litera-
 ria, majori auctoritate & *suffragio* pollentiore, suum expromant *ju-*
dicium: quænam ex indicatis hisce opusculis ipsi judicent vel
 digna